

Order of Saint Lazarus: Primary sources

Adam de Veau, Master of the Order of St. Lazarus in England. Appointment document of 'fratrem Rogerum de Roreby' as 'capellanum, procuratorem, atteoratum et preceptorem in domibus nostris finibus Northumbrie et regno Scotie' dated 1308. Gloucestershire Record office, Berkeley Castle Muniments, J7/67/02/001/00/00

- Transcribed in: R. Hyacinthe. L'Ordre de Saint-Lazare de Jérusalem au Moyen Age. Études & Communication Édition, Bez-et-Esparon, 2003, p.204-205
- Transcribed in: Charles Savona-Ventura. The Order of Saint Lazarus in the Holy Land. Grand Priory of the Maltese Islands - MHOSLI, Malta, 2011, +97p.

1308 Burton, Leicestershire, England	Adam de Veau, Master of the Order in England	Adam de Veau, master of the Order of Saint Lazarus in England and Scotland residing in Burton, appoints brother Roger de Roreby chaplain and preceptor of the houses situated in Northumberland and Scotland.
---	--	---

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, frater Adam Veau miles, magister totius Anglie et Scotie ceterique fratres eiusdem ordinis apud Burtonensi Sancti Lazari commorantes, salutem in Domino.

Noteritis nos constituisse, fecisse et ordinasse dilectum nobis in Christo fratrem Rogerum de Roreby capellanum, procuratorem, atteoratum et preceptorem in domibus nostris finibus Northumbrie et regno Scotie, usque ad terminum vite sue. Ita videlicet quod predictus frater Rogerus omnia debita in dictis domibus inventa infra quinque annos sequentes aquietabit termino incipiente die mercurii proxima, post festum sancte Trinitatis, anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi primo. Et post quinque annos elapsos, dictus frater Rogerus alium fratrem, magistrum de Burtonensi et fratres ordinatum et deputatum honorifice, ut decet et mos est, competenter in omnibus ministrabit. Et semel in anno ad capitulum generale apud Burtonensi celebrandum, pro consilio et auxilio inpendendo, sine aliqua difficultate seu dilatione declinabit, et baiulacionem decem marcarum in dicta domo de Burtonensi pacabit omni tempore pacis, tenendo et habendo omnia predicta tenementa in dictis partibus existentia predicto fratri Rogero quam diu vitam duxerit in humanis [...]. Etiam eidem fratri Rogero liberam et potestatem specialem nomine nostro agendi, faciendi domos, terras, redditus, possessiones, defendendi omnia et singula que verus et

Order of Saint Lazarus: Primary sources

legitimus procurator facere debet seu potest, salvo tamen quod fratres nec sorores nec aliquam liberationem in dictis domibus recipere, vendere sine assensu nostri vel successorum nostrorum nequiderit. Et hoccum nostrum de Harrop non vastabit, nisi pro domibus in curia nostra de Harrop reparandis et ad firmum et quoquinam competenter ut decet alienari, secari non poterit.

In cuius rei testimonium presenti procuratorio sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Datum in capitulo nostro, die jovis proxime post festum sancte Trinitatis, anno supradicto. Et si debita ultra summam sibi deputatam inveniuntur per considerationem fratrum, dicto fratri Rogero rationabiliter sibi allocentur, alienacione et vendicione rerum et immobilium a nobis penitus interdictis.

d'or.